

dampnum irrecuperabile in breui videtur predicto edificio imminere. nisi succurratur. Unde propter vestram dilectionem attentius Rogamus Monemus & hortamur in domino. Quatinus ad honorem dei & beate uirginis marie. certi de spe premii de bonis vobis a deo collatis vt predictum opus duci valeat ad effectum adiutorium ministretis. Nam tali modo sua expendere non est in ventum spergere set in celestes thesauros ubi fures non effodiunt collocare Nos vero de diuina bonitate confidentes. omnibus qui sepe dicto edificio vt crescat aliquod iuuamen impenderit. Auctoritate apostolorum petri et pauli de iniuncta sibi penitencia. XL. dies Relaxamus. Illis vero qui in oppressione paruulorum inuenti fuerint. XXX. dies Relaxamus. valete. Datum Anno Domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.L<sup>o</sup>.VIII<sup>o</sup>. X<sup>o</sup>. Kal. Januarii.

Sigillet, finnes i grönaktigt vax, på blå, röda och hvita trådar.

453.

1259.

Wisingsö.

Bisk. HENRICKS i Linköping stadfästelse på GISLE PETERSSONS före sin pilgrimsfärd till Jerusalem åt Munkarne i Nydala gjorda testamente af gården Merathorp i Tweta, med åt Brodern THORD förbehållen, men af honom frånträdd rättighet till hemmanets inlösande mot en mark guld.

A. 3. x. 1: 39.

H. Dei gracia Episcopus Lincopensis. Vniuersis Presentes litteras inspecturis salutem in nomine ihesu christi. Ex testimonio Domini. B. Ducis swethie euidenter intelleximus Quod bone memorie Gislo petri filius pter peregrinationis jerosolimam arripiens rescriptum testamenti sui dicto domino Duci remisit in hunc modum. silicet quod quandam mansionem in thwetum. dictam merathorp domui regularium ordinis sancti benedicti in Nouaualle Reliquit in testamento. Tali condicione media. Quod frater suus thordo pro marca auri sibi si placeret redimeret dictam mansionem. Memoratus uero thordo dictam mansionem. nolens redimere eandem predictae domui totaliter Resignauit. Nos igitur auctoritate dei omnipotentis & apostolorum eius petri & pauli & auctoritate qua fungimur firmiter inhihemus Ne aliquis dictam domum super hiis presumat aliquatinus molestare. Si quis vero hoc attemptauerit indignationem dei omnipotentis & censuram ecclesiasticam se procul dubio nouerit incursum. Data Wisighnsø Anno domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.L<sup>o</sup>.IX<sup>o</sup>.

Sigillet, finnes i en åter vidhäftad pergamentsremsa.

454.